

IACOBI  
DVRANTII

CASELLI I. C. TI  
ARVERNI VARIA-  
RVM LIBRI DVO.

IN QVIBVS PRÆETER VE-  
terum ritus, varij Auctores, vel emen-  
dantur, vel illustrantur.



LVTETIÆ.

Apud Thomam Perier, in vico  
Bellouaco.

CIS. MDLXXXII.

CVM PRIVILEGIO.

*C. G. d. r. n. 30*



NOBILISS. ET ILLVST.

V. IAC. GVESLEO SVM-

mo apud Gallos Procuratori

Fisci Iac. Durantius

Casellius. S.



*T* in forum veni, ut  
me varia patrocinia  
& susceptiones li-  
tium exercitum ha-  
buerunt, (V. ILL.)

Nescio quo Genio, qua voluntatis & in-  
genij mutatione, ea quorum antea studio-  
sissimus & avidissimus eram, in quibus  
veram & solidam laudem sitam arbi-  
trabar, mihi senio ac fastidio esse caepe-  
runt. Idem mihi sane vsuuenit, quod illis  
qui ad secunda vota transiere, quibus  
suscepti ex priore matrimonio liberi, aliis



IACOBI DV RANTII  
CASELLI VARIARVM,

LIBER PRIMVS.

*Vnde mos tuitionum fluxerit, eius formula ex  
Appiano, Gunthero & Cassiodoro: addita  
quædam Saluiani verba, ad hanc rem perti-  
nentia. Qui essent sacri, qui hostes publici.*

CAPVT PRIMVM.



QVOD mihi faustum fœ-  
lix fortunatúmque fiet,  
initium faciam à tuitio-  
nibus. Quid enim non  
liceret potétioribus, in  
quos non grassaretur au-  
dacia, & inexplibilis diuitum cupiditas,  
nisi eorú crudelissimæ libidini, legitimis  
remediis obuiam iretur? Æquum sanè  
fuit tenues inopesque homunciones in  
finum tutelámque virorum principum

B

deleg. & Bartholus ceterique iuris interpretes qui eos reos maiestatis esse volunt qui legatis iniuriam aut vim inferunt, cum non maiestas ledatur, sed ius gentium violetur, & teneantur non l. Julia maiest. sed de vi publica l. lege Julia. ff. ad l. Iuliam. At hoc loco non pretermittam laudabile veterum institutum, qui eorum qui Reipub. vel principis causa absentes erant, domum familiamque virorum illustrium fidei tutelaeque soliti erant committere, ut Festo priori apud Cassiodorum lib. 10. Agnelli patritii domus, familiaque commendatur. *Peruie enim (inquit) sunt facultates absentium & quodammodo videtur occasio homines in delictum trahere, quae non potest animum peruadentis de resultatione terrere:* Ego quoque sine huius capitis iniuria pretermittere non possum haec verba, quibus eloquentissimus & sanctissimus Christianae religionis auctor Saluianus, insectatur hunc prauum & pestilentissimum morem, quos de decrecente imperij Romani maiestate, & grassantibus vndique barbaris nationibus, inopes & tenues in clientellam & praesidium potentium dabant eorum patrocinia, & tutelam e-

*Insignis mos veterum instituta eorum familia qui Reipub. ea absentes essent.*

cis Echinos, ostreas crudas quantum vel-  
lent propositas: id Portunianus addita  
propositione Græca *paracœnium* vocat.  
Promulsidem quoque dici ex memoriis  
antiquorum didici, quod in conuiujs a-  
pud antiquos prima sitis mulso mitiga-  
retur. Hæ sunt exuuiæ ac reliquiæ ele-  
gantissimi auctoris, quas ego antiqua-  
rum rerum studiosos cœlare non potui.  
Dent alij operam vt ille ex bibliotheca-  
rum pedore ac squallore in lucem profec-  
ratur. Deo ita videatur.

*Emendatus variis in locis Annei Senecæ  
liber de Consolatione ad Martiam.*

## CAP. VII.



Rimo meorum commen-  
tariorum libro ex eodem  
Seneca menda quædam  
euulsi & nonnulla vulne-  
nera pendente ( quod  
aiunt ) manu sanavi atque obduxi. Lu-  
bet quoque hac mearum lucubratio-  
num parte veterum codicū ope auxilio-  
q; quædam loca tētare quę in vulgaribus